



Petrus Biuerus Doctoribus lansenianis. S. P. D.

Bivero, Pedro de

[1641]

Petrus Biuerus Doctoribus lansenianis. S. P. D. Ad Rem. Ad Rem. Qvod
Nvlla Res Est, Omnino Nihil Est. S. Avg.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73809](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-73809)

Petrus Binerus
Doctoribus Iansenianis. S. P. D.

AD REM. AD REM.

QVOD NVLLA RES EST, OMNINO
NIHIL EST. S. AVG.

D rem, amici, ad rem. Maledicentia non certo; minūs etiam in istiusmodi certamine superare volo: ista me docet S. Augustinus Hippomensis, non ille Iansenianus. Habet istam gloriam, nemo inuidet.

De prostibulis & meretriculis melius scurræ respon- In laud.
debunt, quām religiosus Sacerdos. Cūm vos ipsos duobus Fam.
locis meretriculas faciat, par pari respondeat. In Spong.
In Clip.

Ad quæsta nostra iam pridem responsum oportuit, & tam Praeconis
quām Declamatoris ineptis vocibus parcitum. Iterum ergo

Quæro primò, Cur Iansenius vester domesticis typis clanculum mo-
litus est edere suum Augustinum? An non hīc valet illud Ioan. 3: qui male
agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius? Sed enim timebat ne liber semi- In querim.
cūs & informis ab aduersariis opprimerebatur. Quid prudenter potuit time-
re, nī solam prohibitionem Pontificis? ergo sibi erat conscientia talem se-
doctrinam cedere, qualem meritò Pontifex prohiberet.

Quæro secundò, An non eadem causa Iansenistas impulerit vt posthu-
mum fætum clanculū imprimerent, adæto, vt taceret, ad iusurandum
Typographo, contemptāque prohibitione Pontificiā?

Quæro tertio, Cur ad publicas nuper disputationes inquitendæ veri-
tatis gratiā non accessistis? cur per noctem Sociorum vestrorum, aliorum-
que ædes percurvastis, obtestantes per omnia sacra & profana ne postridi-
cēt in arenam descenderent?

Quæro quartò, An dum facinus indignum clamatis Episcopum impe-
ti, non recordemini Bellarminum Cardinalem & Archiepiscopum fuisse?
cui quam notam inurat Iansenius, alibi patet.

Quæro quintò, Cur sub Typographi nomine ex latebris vestra conuicia in Thesēi aculamini? An pudet vos nominis vestri, an facti? Non est
Academia Louaniensis quæ Iansenium propugnat; quin pars illius dignior
& senior impugnat: pauculi sunt anonymi, & tamen noti, qui omnia tur-
bis & clamoribus miscent.

Quæro sexto, Cur solis ferè cotuiciis pro vestro Iansenio agitis in The-
ses? cur pauca verba arroditis, rem negligitis?

Quæro septimo, Quid peccatum in Thesibus, quod ibi doctrina Ian-
senij cum heterodoxorum doctrina componatur? Eamdem cum Concio-
lio Tridentino, & sanctis Patribus compositam videtis: Quid vero magis
consentiat cum Caluino & heterodoxis, id sibimet imputet Iansenius;
ipsiusmet verba sunt. An qui duas imagines iuxta se inuicem ponit, pro-
ducit inter illas similitudinem? An non ex naturâ ipsis illa inest? cessate
igit queri de iniuriâ, aut discrimen ostendite.

A

Quæro

Quæro octauo, Cur postquam triennio mortuus esset Iansenius, tum denique prima laudatio funebris habita sit? Ah non idem ut cum satis valida argumenta thesibus non possetis opponere, per Declamatorem, quemadmodum paullò ante per Præconem, obstreperetur?

Quæro nono, An adeo sterile laudationis argumentum præbuerit Iansenius, ut magna orationis pars in Societatem inuectiuam esse debuerit?

Quæro decimo, Quâ ratione Iansenius & Ianseniani à periuio excusentur? Ratio dubitandi est, quia quasdam propositiones à duobus Pontificibus dñnatâs in terminis docent, quas tamen soleniter eiurauerunt iuxta receptum morem Academiæ Louaniensis.

Quæro vndecim, An existimat Ianseniani Iansenium suum, qui neque Philosophiam, neque Theologiam, vñquam docuit, sapuisse præ omnibus Doctoribus antecedentibus, Adriano VI, Pontifice, Driedone, Tappero, Dorpio, Latomo, Ioanne Leonardo Hasselio, Molano, Hunnæo, seniore Iansenio, Cuyckio, Stapletono, Clario, à Castro, Maldero, Ioanne Wiggers, Mercero, & aliis, qui Louani per annos plurimos summâ cum laude docuerunt? Videntur existimare, quia contra hos omnes in vnius iurant verba Iansenij.

Quæro duodecim, An Ianseniani affirmat neminem è Belgio à ceteris forte & amplius annis omnes verti Episcopi, quas Paulus ad Tim. & Tit. describit, dotes proprias in se exprefsisse, quam expresserit Iansenius, qui Episcopus non toto biennio fuit; iniuriam non faciant Matthiae Houio, Maximiliano & Guilielmo à Bergis, Ludouico Berlaymontio, Ioanni Sarraceno, Francisco Buisscheret, Sonnio, Torrentio, Miræo, Maldero, Curtio, Druito, Rodoanio, Matthiæ Lambrechts, Iansenio Flandro, Lindano, Ritoutio, Petro Simonio, Ioanni Visschero, Antonio Hennin, Vendevillio, Michaëli d'Esne, Gerardo de Americour, Ioannæ Six, Blazæo, Paulo Budotio, Antonio Haueto, Francisco à Wallon-capelle, Cuyckio, Iacobus & Nicolao à Castro, Metcio, Crabelio, Gisberto Masio, Zoefio, Ophouio, Ioanni à Stryen, aliisque quamplurimi; ut taceam Episcopos adhuc viuentes, ipsoisque in primis Archipræfules Mechliniensem, & Cameracenensem, quorum hic annis iam 29. ille annis 25. munus Episcopale gesserunt?

Ad rem. Si viri estis, rationibus agite; pueris ac mulierculis relinquite querimonias. Patent Scholæ: cum animus vobis facerit, qui adhuc defuit, iterum ac saepius disputabitur.